Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



60

inter alia sapientib: stupendadicit quia in his quae patris mei sunt oportet me esse, & post cetera alia laudantes dm in templo discipulos in euangelii sui fine concludit.

VIII Et cum factus fuisset annorum duodecim ascendentib: illis in hierusolima secundum consuetudinem diei festi consumatisq: diebus cum redirent remansit puer ihs in hierusalem.

Quia natiuitate immo concepcione humana manifestus miraculorum quia adhuc sit et adpetatus indicius. Ipse etiam mox ubi tempus aetatis congruebat utriusq: referenti pandere coepit atq: aperire substantiam & quid uidelicet patri iuxta aeternitatem diuinae maiestatis & quid iuxta adsumptionis humanae filiae gratitudinem debeat matri nec absq: puidentia duodenis primae suae fidei rudimenta reuelabat quae duodecim apostolorum ministerio cunctum erat reuelanda & elucidanda orbem. possumus & hoc dicere quia sicut septenario sic & duodenario numero. qui multiplicatus inter se in uicem septenarius passib: constat uel rerum uel temporum uniuersitas ac perfectio designatur atq: ideo quo omnia loca uel tempora decerat occupari. recte a duodecimo numero iubar sumat exordium.

Non igitur ortos se suorum exstitisse immemor phibetur parentibus. sed ut nos instruat quia non solum antequam parentes ipsi uerum etiam antequam abrahamfieret ipse esset in ciuitate potius ac templo di quasi patrio iure residere delectat.

Et non cognoserunt parentes eius existimantes autem illum esse in comitatu uenerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos et non inuenientes regressi sunt in hierusalem requirentes eum.

Quaerit aliquis quomodo di filius tanta parentum cura nutritus his abeuntib: potuerit obliuiscendo relinqui. Cui respondendum quia filius isrt moris fuerit ut tempo ribus festis uel hierusolima confluentes uel ad propria redeuntes seorsum uiri seorsum autem femine chorus ducentes incederent infantesq: uel pueri cum quolibet parente indifferenti repotuerint. Ideoq: beatam mariam uel ioseph uicissim putasse puerum ihm quem secum tari noncernebant cum altero parente reuersum.

Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem.

Quasi fons sapientiae doctorum medius sedet sed quasi exemplar humilitatis audire prius & interrogare cupit doctores quam instruere quaerit indoctus. Nec enim paruuli a seniorib: erubescant discere & ipse ab aetatis humanae congruentia hominib: auscultare non erubescit dns. ne infirmus docere quis audeat. & ille puer docere interrogando uoluit quip diuinitatis potentia uerbum scientiae ipsis suis doctoribus ministrauit.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius et uidentes admirati sunt.

Nota districtionem uerborum & uiae saluationis ac fidei mysteria sedulus intuere. stupebant